TULLIO E CICERON MIO E 'L FRATELLO E 'L FIGLIUOL DEL FRATELLO S. IL LORO CARO TIRONE.

MI credea di potere più agevolmente portare la privazion rincreſcevole di tua perſona: ma del tutto non la ſo comportare: ſebbene all' onor noſtro aſſai rileva, che io quanto prima vada a Roma, tuttavia mi pare d' aver fallito, per eſſere da te partito. Ma per

nire; tamen peccasse mihi videor, qui a te discesserim. Sed quia tua voluntas ea videbar esse, ut prorsus, nisi confirmato corpore, nollet navigare, approbavi tuum consilium; neque nunc muto, si tu in eadem es sententia. Sin, posteaquam cibum cepisti, videris tibi me posse consequi; tuum consilium est. Marionem ad te eo misi, ut aut tecum ad me quamprimum veniret: aut, si tu morare, statim ad me rediret. Tu autem hoc tibi persuade, si commodo valetudinis tuæ fieri possit, nihil me malle, quam te esse mecum: sin intelliges opus esse te Patris, convalescendi caussa, paulum commorari, nihil me malle, quam te valere. Si statim navigas, nos Leucade consequere: si te confirmare vis: & comites, & tempestates, & navem idoneam ut habeas, diligenter videbis. Unum illud, mi Tiro, video (si me amas) ne te Marionis adventus, & hæ litteræ moveat. Quod valetudini tuæ maxime conducet, si feceris, maxime obtemperaris voluntati meæ, Hæc pro tuo ingenio considera. Nos ita te desideramus: amor, ut valentem videamus, hortatur: desiderium, ut quamprimum. (1) Illud igitur potius. Cura ergo potissimum, ut valeas; de tuis innumerabilibus in me officiis erit hoc gratissimum. VII. Non. Novemb. Vale.

EPISTOLA IV.

Scribit de sua sollecitudine, suoque Alyziam accessu: rogat, ut valetudinem diligenter curet.

TULLIUS TIRONI SUO S. D.

NON queo ad te, nec lubet scribere, quo animo sim affectus: tamen scribo, & tibi & mihi maxime voluptati fore, si te firmum quamprimum videro. Tertio die abs te (2) ad Alyziam accesseramus. Is locus est citra Leucadem (3) stadia cxx. Leucade aut teipsum, aut tuas litteras a Marione putabam me accepturum. Quantum me diligis, tantum fac, ut valeas, vel quantum te a me scis diligi. Nonis Nov. Alyzia.

EPI-

(1) *Illud igitur potius*. Di vederti guarito.

(2) *Ad Alyzim*. Luogo d' Acarnania distante dal mare 15. stadj.

(3) *Stadia* cxx. Che formano 15. miglia.

perciocchè il piacer tuo parea, che fosse, che non volessi assolutamente navigare, se non dopo ristabilito della persona, ho approvato la tua risoluzione: nè ora mi muto, se tu sei nel medesimo sentimento. Che se, dappoichè hai cominciato a riprendere l' appetito, ti pare di potermi raggiugnere; è cosa d' ispezion tua. A te ho mandato perciò Marione, acciocchè o a me quanto prima in compagnia tua venisse: ovvero, se tu ti trattenessi a me subito ritornasse. Ma tu di questo renditi persuaso, dove possa affettuarsi con commodo della tua sanità, nulla io amar meglio, se non che tu stii meco: che se poi conoscerai far d' uopo che tu, per risanare, un poco in Patrasso dimori, nulla maggiormente io bramo, se non tu guarischi. Se tosto ti metti in mare, in Leucade ci raggiugnerai: ma se ti vuoi ristabilire in forze; vedrai con attenzione d' aver, compagni di viaggio e tempi, e nave a proposito. Bada solo, mio Tirone (se mi vuo' bene) che non ti dia fastidio l' arrivo di Marione, e queste lettere. Se farai quello che più conferirà alla tua sanità, seconderai sommamente il voler mio. Considera queste cose, giusta il tuo avvedimento. Noi per maniera ti desideriamo, che t' amiamo: l' amore ne conforta a vederti guarito: il desiderio a vederti quanto prima guarito. Sia dunque piuttosto il primo. Sicchè sopratutto procura di guarire: tra tutti i tuoi ufizj oltre numero verso di me questo sarà il più gradito. 3. Novembre. Stà sano.

EPISTOLA IV.

Scrive dell' arrivo suo ad Alizia. Lo ammonisce a badare con ogni cura alla sua guarigione. Scr. nell' istesso anno

CIC. S. IL SUO TIRONE.

NOn posso, nè mi vien talento di scriverti con che disposizioni d' animo io mi sta: soltanto scrivo che mi sarà di piacer sommo il vederti quanto prima ristabilito in forze. Nel terzo giorno, dopo d' essere da te partiti, giugnemmo ad Alizia. Questo luogo è di quà da Leucade 120. stadj: credea, che in Leucade avrei, o te medesimo ricevuto, o tue lettere da Marione. Per quanto mi ami, tanto usa di premura, per risanare, ovvero quanto sai d'essere da me amato. 5 Novembre. Alizia.

EPI-

EPISTOLA V.

Rogat, ut omni cura valetudini serviat.

TULLIUS, ET CICERO, ET Q. PATER, ET FILIUS TIRONI SUO S. D.

NOS apud Alyziam, ex quo loco tibi litteras ante dederamus, unum diem commorati sumus, quod Quintus nos consequutus non erat. Is dies fuit Non. Nov. Inde ante lucem proficiscens, ante diem VIII. id. Nov. has litteras dedimus. Tu, si nos omnes amas, & præcipue me, Magistrum tuum, confirma te. Ego valde suspenso animo exspecto, primum te scilicet, deinde Marionem cum tuis litteris. Omnes cupimus, ego in primis, quamprimum te videre: sed mi Tiro, valentem. Quare nihil properaris: satis quotidie videro, si valebis. (1) Utilitatibus tuis possum carere, te valere tua caussa primum velo, tam mea, mi Tiro. Vale.

EPISTOLA VI.

Fere tota est horatio ad curandam valetudinem.

TULLIUS TIRONI SUO, ET CICERO, ET Q. PATER, ET, Q. F. S. D.

VArie sum affectus tui litteris: valde (2) priore pagina perturbatus, paulum altera recreatus. Quare nunc quidem non dubito, quin quoad plane valeas, te neque navigationi, næque viæ committas satis te ma-

(1) *Utilitatibus*. Riman chiaro il significato della voce dall' ep 5. del lib. VII. ad Attic. *Tironem etsi mirabiliter utilitates mihi præbet, cum valet, in omni genere negotiorum, & studiorum meorum tamen propter humanitatem, & modestiam malo salvum, quam propter usum meum.*

(2) *Prio-*

EPISTOLA V.

Lo prega ad aver cura diligente della sanità. Scr. nell' istesso anno.

TULLIO E CICERONE, E QUINTO PADRE, E QUINTO FIGLIUOLO S. IL LORO CARO TIRONE.

IN Alizia d' onde t' avevamo inviato lettere, ci siam fermati un giorno, perchè Quinto non ci avea raggiunti. Questo giorno fu il quinto di Novembre. Di là innanzi dì partendo, scrivemmo a' sei questa lettera. Tu, se noi tutti ami, e spezialmente me, Maestro tuo, rimettiti in buona salute. Io con molto sollecito animo aspetto, in prima sì certo, poi Marione con tue lettere. Bramiam tutti, principalmente io, di vederti più presto che si può, ma, o mio Tiron, risanato. Laonde nulla ti darai fretta; ti vedrò bene ogni giorno, se guarirai. Posso star senza, tuoi servigj: per amor tuo in prima, poi per mio ancora, o mio Tirone, desidero, che tu guarischi. Stà sano.

EPISTOLA XI.

L' esorta ad aver cura di sua sanità. Scr. nell' istesso anno.

TULLIO S. IL SUO TIRONE, E PUR LO S, CIC., E QUINTO PADRE, E QUINTO FIGLIUOLO.

LA tua lettera m' ha messo in varia disposizione d' affetti: molto son rimaso dalla prima pagina conturbato, ricreato un poco dall' altra. Laonde non dubito già, che tu, finchè non sii guarito affatto, non ti fiderai nè alla navigazione, nè al viaggio: ti vedrò ben per tempo, se ti vedrò rimesso in perfetta salute. Intorno al Medico, e tu scrivi, che ven' è buon concetto; ed io così sento; ma al tutto non approvo le sue

(1) *Priore Pagina*. Perciocchè nella prima pagina scritto avea Tirone della malattia grave: nell' altra della speranza, che v' era di guarire.

maturo videro, si plane confirmatum videro. De Medico, & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed plane curationes ejus non probo. (1) Jus enim dandum tibi non fuit, quum κακοστόμαχος esses: sed tamen, & ad illum scripsi accurate, & ad Lysonem. (2) Ad Curium vero, suavissimum hominem, & summi officii, summæque humanitatis, multa scripsi: in his etiam ut, si tibi videretur, te ad se transferret. Lyso enim noster, vereor, ne negligentior sit: primum, quia omnes Greci: deinde, quod quum a me litteras accepisset, mihi nullas remisit: sed eum tu laudas. Tu igitur, quid faciendum sit, judicabis. Illud, mi Tiro, te rogo, sumptui ne parcas ulla in re, (3) quod ad valetudinem opus sit. Scripsi ad Curium, (4) quod dixisses, daret; Medico ipsi puto aliquid dandum esse, quo sit studiosior. Innumerabilia tua sunt in me officia, forensia, urna, provincialia, in re privata, in publica, in studiis in litteris nostris. Omnia viceris, si, ut spero, te validum videro. Ego puto, te bellissime, si recte erit, cum quæstore Messinio decursum: non inhumanus est; teque ut mihi visus est, diligit: & quum valetudini tuæ diligentissime consulueris, tum, mi Tiro, consulito navigationi. Nulla in re (5) jam te festinare volo! nihil laboro, nisi ut salvus sis. Sic habeto, mi Tiro, neminem esse, qui me amet, quin idem te amet: & cum tua & mea maxime interest, te valere, tum multis est curæ. Adhuc dum mihi nullo loco deesse vis, nunquam te confirmare potuisti: nunc te nihil impedit: omnia depone: corpori servi, quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri a te judicabo. Vale, mi Tiro, vale, vale & salve. (6) Lepta tibi salutem dicit & omnes. Vale VII. Nov. Leucade.

EPI.

(1) *Jus enim &c.* Consuona il sentimento di Celso: il quale nel lib II c. 24. tra le cose dannose allo stomaco debole ripone *jurulenta*, le vivande brodose.

(2) *Ad Curium*. Persona ricca, e nobile familiare di Cic. come si ritrae dalle lettere vicendevolmente scritte.

(3) Al. *qua*.

(4) *Quo dixisses daret*. Cic. vo-

cure. imperciocchè non ti si dovean dare gl' intingoli essendo tu di stomaco debole: ma ho pure scritto ad esso con diligenza, ed a Lisone. A Curio poi, uom gentilissimo, persona, e di convenienza somma, e di somma umanità, ho scritto a lungo: e fra le altre cose ancor questa, che, se ti paresse bene, ti transferisse in casa sua. Imperciochè temo, che 'l nostro Lisone non sia un po' trascurato: prima, perchè sogliono esserlo tutti i Greci: appresso, perchè avendo da me lettere ricevuto, non m' ha risposto, pure tu tene lodi. Giudicherai tu dunque, che sia da fare. Di questo ti prego, o Tirone, a non risparmiare spesa in cosa veruna, che alla guarigion faccia d' uopo. Ho scritto a Curio, che ti desse quello, che avresti chiesto: stimo, che all' istesso Medico bisogni dar qualche cosa, acciocchè sia più attento. Gli ufizj tuoi verso di me senza numero sono domestici, forensi, urbani, provinciali, di privato interesse, e di publico, negli studj e nelle nostre lettere. Tutti li vincerai, se come spero, ti vedrò ben in forze. Io stimo, che se, ti sentirai bene, potrai commodissimamente correre il mar con Messinio: egli non è uom discortese: e, per quanto m' è paruto, ti vuol bene: e, quanto avrai dato diligentissimo provvedimento alla tua sanità, pensa alla navigazione. Non voglio già, che tu ti dii prescia in cosa alcuna: non mi prendo pena d' altro, se non che tu la scampi. Sì sappi, o mio Tirone, non avervi persona, che mi voglia bene, la qual pure nol porti a te: e sicome è di tuo, e di mio sommo interesse, che tu risani, così preme a molti. Finadora, mentre non vuoi mancare di servirmi in occasione alcuna, non ti sei giammai potuto in sanità rimettere: ora non hai cosa, che ti dia impaccio: ogni pensiero pon giù: bada a guarire: giudicherò, che di me facci tanta stima, quanta sarà l' attenzione, che metterai nella tua guarigione. Addio, mio Tirone, addio, stà sano è in buona salute. Lepta ti manda il saluto, e tutti gli altri. Addio. 7. Novembre. Leucade.

volea, che Tirone avesse denari da spendere a sua disposizione.

(5) MS. *tam.*

(6) *Lepta*. Prefetto di Cic. in Cilicia nella soprantendenza de' meccanici artieri.

EPISTOLA VII.

Idem argumentum, ut Tiro valetudinem curet.

(1) TULLIUS, ET CICERO, ET Q. F. TIRONI S. D.

TErtiam ad te hanc epiſtolam ſcripſi eadem die, magis inſtituti mei tenendi cauſa, quia nactus eram, cui darem, quam quod haberem, quod ſcriberem. Igitur illa: quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiæ. Ad tua innumerabilia in me officia adde hoc, quod mihi erit gratiſſimum omnium: quum valetudinis. In Italiam euntibus omnibus ad me litteras dabis, ut ego euntem Patras neminem prætermitto. Cura, cura te mi Tiro; quando non contigit, ut ſimul navigare; nihil eſt quod feſtines: nec quidquam cures, niſi ut valeas. Etiam, atque etiam vale. VII. id. Nov. (2) Actio veſperi.

EPISTOLA VIII.

Etiam Q. Cicero ſignificat, quantæ curæ ſibi Tironis valetudo ſit.

(3) Q. CICERO TIRONI S. D.

MAgnæ nobis ed ſollicitudini valetudo tua: nam tametſi qui veniunt ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ nuntiunt, tamen in magna conſolatione ingens ineſt ſollicitudo, ſi diutius a nobis abſuturus (4) es; is, cujus uſum,

(1) *Tullius &c.* Il primo è Cic. il padre, e 'l nominato in secondo luogo è il figliuolo.

(2) *Actio*. Promontorio, dell' Arcanania, dove poi Antonio fu per Augusto vinto in naval battaglia: che però in memoria della vittoria fu la Città chiamata Nicopoli.

(3) *Q. Cicero*. Il padre.

(4) Al. *eſt*.

EPISTOLA VII.

Avverte pure Tirone, che badi a guarire. Scr. nell'istesso anno.

TULLIO, E CICERONE, QUINTO PADRE, E QUINTO FIGLIUOLO S. TIRONE.

TI ho scritto questa terza lettera nel medesimo giorno più per serbare il mio tenore, perchè mi sono abbattuto a persona, cui consegnarla, che per avere che scrivere. Torno adunque all'istesso: a quella misura, che m'ami, metti diligenza in aver cura di tua persona. A' tuoi servigi oltre numero verso di me quest' altro aggiugni, che mi sarà il più gradito: quando avrai, come spero, avuto riguardo alla sanità, abbilo, anche alla navigazione. A tutti quelli, che terran cammino alla volta d' Italia, consegnerai per me lettere, siccome io senza lettere non lascerò andar oltre a Patrasso persona, Bada o mio Tirone bada ad averti cura: giacchè non è venuto fatto, che navigassi con meco; non occorre ti dii prescia: nè prenditi pensiere d'altro, che di guarire. Statti quanto sai, e puoi sano 7. Novembre. Azio, sulla sera.

EPISTOLA VIII.

Q. Cicerone significa quanto a cuor gli sia la sanità di Tirone. Scr. nell' istesso anno.

QUINTO S. CIC. S. TIRONE.

CI tiene in gran sollecitudine la malattia tua: imperciocchè quantunque coloro, che vengono di costà ci recano avviso che il male è senza pericolo, ma che andrà in lungo; a una gran consolazion tuttavia accompagnata va una gran sollecitudine, sul dubbio che sii per essere più lungo tempo lungi da noi tu, la cui pratica, e gentilezza sentiamo quale sia non esserne privi. Tuttravia, sebbene desidero con tutto l'animo di vederti; pure onninamente ti prego, a non fidarti, se non ben rimesso in salute, a navigazione, e viaggio così lungo in tempo d' inverno: e a non entrare in mare, se

usum, & suavitatem desiderando sentimus. Attamen, quanquam videre te tota cogitatione cupio; tamen te penitus rogo, ne tam longæ navigationi & viæ per hiemem nisi bene firmum, committas: neve naviges, nisi explorate. Vix in ipsis tectis, & oppidis frigus infirma valetudine vitatur: nedum in mari, & via sit facile abesse ab iniuria temporis.

ψυχος δε λεπτω χρωτι πολεμωτατον

inquit (1) Euripides. Cui tu quantum credas, nescio: ego certe singulos eius versus singula testimonia puto. Effice, si me diligis ut valeas, & ut ad nos firmus, ac valens quamprimum venias. Ama nos, & vale. Q. F. tibi salutem plurimam dicit.

EPISTOLA IX.

Navigatione descriptio, & ad curandam valetudinem benevolentiæ plena cohortatio.

TULLIUS, ET CICERO TIRONI S. D.

NOS a te, ut scis, discessimus ad IV. Non. Nov. Leucadem venimus ad VIII. Id. Nov. ad VII. Actium: ibi propter tempestatem ad VI. Id. morati sumus. Inde ad V. Id. Corcyram bellissime navigamus. Corcyræ fuimus usque ad XVI. Kal. Dec. tempestatibus retenti: ad XV. Kal. a portu Corcyreorum (2) ad Cassionem stadia CXX. processimus. Ibi retenti ventis sumus usque ad IX. Kal. Interea qui cupide profecti sunt, (3) multi naufragia fecerunt. Nos eo die coenati solvimus, inde Austro lenissimo, Coelo sereno, nocte illa, & die postero in Italiam ad (4) Hydruntem (5) ludibundi pervenimus: eodemque vento postridie (id erat ad VII. Kalend. Decemb.) hora quarta Brundusium venimus: eodemque tempore simul nobiscum oppidum introiit Terentia, quæ

(1) *Euripides*. Poeta tragico coetaneo, ed emulo di Sofocle poeta tragico similmente. Scrisse 74. tragedie, delle quali sono rimase intere 19.

(1) *Ad Cassiopem*. Terra, e luogo di Corfù.

(3) Al. *multa*.

(5) *Hydruntem*. Città primaria de' Salentini, porto nobile, e riparato del Regno Napolitano: la circostante regione chiamasi *regio Hydruntina*.

(5) *Ludibunti* Stando in disposizione simigliante a quella di chi stà scherzando, per non trovare difficoltá alcuna nella navigazione.

se non esaminata ben bene la cosa. Appena nelle case medesime, e nelle Città in debole sanità si scansa il freddo: non che in mare, ed in viaggio agevol sia l' esser esente dagli oltraggi della stagione,

Che 'l freddo a gracil corpo è assai contrario.

Euripide disse. Cui non so quanto tu presti fede io certamente ciascun suo verso un autorità lo reputo. Fa in modo, se m' ami, di guarire, e che a noi ristabilito e sano quanto prima ritorni. Vogliei bene, e stà sano. Quinto figliuolo ti saluta carissimamente.

EPISTOLA IX.

Descrive la sua navigazione: e per maniera d' affetto piena gli raccomanda la cura della sua sanità. Scr. nell' istesso anno.

TULLIO, E CIC. S. IL LORO TIRONE.

NOn, come sai, da te partimmo a' 4. di Novembre giugnemmo a Leucade a' 6., e ad Azio a' 7. ivi per la tempesta ci trattenemmo fino agli 8. Quindi a' 9. con tutta commodità navigammo fino a Corfù. Dimorammo in Corfù fino a' 16. trattenuti dalle tempeste: nel dì 17. dal porto de' Corfiotti procedemmo innanzi 120. stadi fino a Cassiope. Ivi siamo stati trattenuti da' venti fisso a' 23. Trattando di quelli, che con troppa prescia partirono, molti fecero naufragio. In quel giorno noi dopo cena sciogliemmo da' porto. Di là coll' ajuto di piacevolissimo austro, a Ciel sereno, col viaggiare in quella notte, e nel vegnente giorno a maniera di chi stà in festa, e in gioja ad Otranto pervenimmo: e col medesimo vento nel giorno appresso (questo era il dì 25. di Novembre) a quattr' ore giugnemmo a Brindisi: e nel tempo medesimo con esso noi entrò in Città Terenzia, che fa grandissima stima di te. A' 27. di Novembre un servidore di Gneo Plancio in Brindisi pur finalmente una volta mi ricapitò le desideratissime tue lettere colla data de' 13. di Novembre, le quali molto mi sollevarono dal travaglio; men' avessero pur liberato affatto! Ma nondimeno il medico Asclopo ne assolutamente asserisce, che in breve sarai guarito.

quæ te facit plurimi. Ad v. Kalend. Decemb. servus (1) G. Plancii Brundusii tandem aliquando mihi a te exspectatissimas litteras reddidit, datas Id. Novemb., quæ molestia valde levarunt; utinam omnino liberassent. Sed tamen Asclapo medicus plane confirmat, propediem te valentem fore. (2) Nunc quidem ego te hortor, ut omnem diligentiam adhibeas ad convalescendum. Tuam prudentiam, temperantiam, amorem erga me novi: scio te omnia facturum, ut nobiscum quamprimum sis. Sed tamen ita velim, ut ne quid properes: (3) Symphoniam Lysonis velim vitasses, ne in quartam (4) hebdomadam incideres. Sed quando pudori tuo maluisti obsequi, quam valetudini, reliqua cura. Curio misi, ut medico (5) honos haberetur; & tibi daret, quod opus esset; me, cui jussisset, curaturum. Equum, & mulum Brundusii tibi reliqui. Romæ vereor, ne (6) ex Kalen. Januar. (7) magni tumultus sint. Nos agemus omnia (8) modice. Reliquum est, ut te hoc rogem, & a te petam, ne temere naviges. Solent nautæ festinare quæstus sui caussa: Cautus sis, mi Tiro. Mare magnum, & difficile tibi restat. Si poteris, cum Messinio, (caute is solet navigare) sin minus, cum honesto aliquo homine, cujus auctoritate navicularius moveatur. In hoc omnem diligentiam si adhibueris, teque nobis incolumem (9) præstiteris, omnia a te habebo. Etiam atque etiam, noster Tiro, vale. Medico, Curio, Lysoni de te scripsi diligentissime, Vale, salve.

EPI-

(1) *Gn. Plancii*. A cui favore fù da Cic. recitata la Planciana orazione.

(2) Al. *nunc quid ego te hortater*.

(3) *Symphoniam*. Tirone era stato per avventura ad alcun convito, o festa da Lisone invitato, alla quale più per certa convenienza, che altro era intervenuto: or tornossene a casa più gravemente ammalato.

(4) Al. *hebdomada*.

In *quartam hebdomadam*. Riguarda alla oppinione degli antichi medici, che ogni settimo giorno il riputavan critico. Censorino così scrive de die natali c. XI. *Hippocrates, quoque aliique medici in corporum valetudinibus non aliud ostendunt. Namque septimum quemque diem κρίσιμον observant*. Ad esso consuona Gellio nel lib. III c. 10. Sicchè dopo questa festa Tirone standosi egro, Cic. temea, che il male di lui non si prolongasse fino alla quarta settimana.

(5) *Honos haberetur*. Così Cic. nel

Ora ti conforto io bene, che metti ogni diligenza in guarire. La prudenza tua m'è nota, la temperanza, e l' amore verſo di me: ſo che farai: ogni coſa, per eſſere quanto prima con eſſo noi. Ma in tal maniera però il vorrei, che non ti deſſi punto fretta. Vorrei che aveſſi ſchivato la muſica di Liſone; purchè non incappaſſi nella quarta ſettimana. Ma poichè hai amato meglio di ſecondare la premura di non mancare alla convenienza, che alla ſanità, abbiti cura in avvenire. Ho mandato commiſſione a Curio, che ſi deſſe al medico la ricognizione; ed a te deſſe quello, che faceſſe di biſogno: che io poi avrei sborſato il denaro a cui egli aveſſe ordinato. T' ho laſciato in Brindiſi il cavallo, e 'l mulo. Temo che in Roma dalle calende di Gennajo non inſorgano gran movimenti. Noi procederemo in tutto con moderazione. Vi riman ſolo che io ti preghi e richieda a non metterti inconſideramente in mare. I marinari ſogliono aver preſcia per motivo di lor guadagno. Sii cauto, mio Tirone. Ti rimane un grande, e malagevol mare. Se potrai, viaggia con Meſſinio: (queſti ſuol eſſer cauto) ma ſe no, monta in barca con qualche perſona onorata, dalla cui autorità il navicellajo prenda ſuggezione. Se in queſto ogni attenzion metterai, ed a noi ſano, e ſalvo ti porterai; terrò per ricevuto da te tutto quello, che voglio. O Tiron noſtro, ſtà quanto ſai, e puoi ſano. Su di te con tutta accuratezza ho ſcritto al medico, a Curio, ed a Liſone. Addio, ti ſaluto. EPI-

nel lib. II de Invent. *Aut cum beneficiis honos habitus ſit, pro malefacio pœnam ſumi oportere*. Quindi chiaro appariſce, che prendeſi non ſemplicemente per mercede, o premio, ma per ricognizione in quel ſenſo, che uſaro i Greci ἀντίδωρον ovvero ἀντευεργέτημα. ricompenſa, contracambio pel ricevuto benefizio.

(6) *Ex Kalend. Jan.* Nel qual giorno i nuovi conſoli entravan di Magiſtrato: ed erano Cajo Claudio Marcello, e Lucio Cornelio Lentulo Cruſ. nell' anno 704.

(7) *Magni tumultus*. I conſoli con Pompeo ogni sforzo faceano, che a Ceſare ſi mandaſſe inannzi tempo (contra quello, che conceduto già gli era ſtato per legge) il ſucceſſore nel governo delle Gallie, e gliene foſſe tolta l' amminiſtrazione. I Tribuni della plebe all' incontro favorivan Ceſare. Quindi foſsero i principj della guerra civile.

(8) *Modice*. Per non offendere nè Ceſare nè Pompeo.

(9) P. Manut. *ſliteris*.

EPISTOLA X,

Rogat, ut præter valetudinem nihil curet: addit; de adventu suo ad Urbem: de statu Reip. civilibus discordiis perturbato, de triumpho suo, de præfectura Campana.

TULLIUS, ET CICERO, TERENTIA, TULLIA, Q. F. TIRONI S. D.

ETsi opportunitatem operæ tuæ omnibus locis desidero; tamen non tam mea, quam tua caussa doleo, te non valere. Sed quando in quartanam conversa vis est morbi: (sic enim scribit Curius) spero, te, diligentia adhibita, etiam (1) firmiorem fore. Modo fac id, quod humanitatis tuæ est, ne quid aliud cures hoc tempore, nisi ut quam commodissime convalescas. Non ignoro, quantum ex desiderio labores: sed erunt omnia facilia, si valebis: festinare te nolo, ne (2) nauseæ molestiam suscipias æger, & periculose hyeme naviges. Ego (3) ad Urbem accessi pridie Non Jan. obviam mihi sic est proditum, ut nihil (4) fieri potuerit honoratius. Sed incidi in ipsam flammam civilis discordiæ, vel potius belli: cui quum cuperem mederi, & ut arbitror, possem, (5) cupiditates certorum hominum (nam ex utraque parte sunt, qui pugnare cupiant) impedimento mihi fuerunt omnino & ipse Cæsar, amicus noster, (6) minaces ad Senatum, & acerbas litteras miserat: & erat

(1) *Firmiorem fore*. Par voglia dire, che il male di Tirone rivoltosi in quartana abbia preso buona piega, consumando la quartana gli umori piccanti: onde quella dia speranza di miglioramento.

(2) *Nauseæ*. La qual viene dalla navigazion generata in quelli, che sono deboli di stomaco.

(3) *Ad Urbem accessi*. Maniera solenne esprimere l' appressarsi a Roma senza entrarvi: proprio di coloro, che chiedevano, ed aspettavano il trionfo per le militari operate imprese.

(4) Al *possit fieri ornatius*.

(5) *Cupiditates certorum hominum*. Accenna Domizio, Scipione, Bibulo ec. contrarissim

EPISTOLA X.

Lo prega ad aver cura della sua sanità: alcuna cosa aggiugne dell' arrivo suo a Roma, delle civili discordie, del suo trionfo, della prefettura della Campania. Scr. sotto i Consoli Cajo Claudio Marcello, e Lucio Cornelio Lentulo nell' anno 704. che fu il primo della guerra civile.

TULLIO, E CIC. FIGLIUOLO, TERENZIA. TULLIA, QUINTO FRATELLO, IL FIGLIUOL DI QUINTO S. TIRONE.

COmecchè io in tutte le occasioni l' opportunità desideri dell' opera tua; contuttociò non tanto per mio quanto per tuo riguardo mi duole, che non sii guarito. Ma poichè la forza del male si è convertita in quartana (imperciocchè così scrive Curio) spero, che, usata diligenza, starai ancor meglio di forze. Fa ora, ciò che all' umanità tua è richiesto, di non prenderti cura d' altro in questo tempo, che di guarire con tutto tuo commodo. So bene quando sostenghi pena per desiderio d' esser meco: ma ogni cosa ti si renderà facile, se guarirai: non voglio che ti dii prescia, perchè malato non prendi l' incommodo della nausea, e d' inverno entri in mar con pericolo. Io presso a Roma ne venni a' 4. di Gennajo; ebbi sì fatto l' incontro, che non si potea far cosa di più onorevole. Ma mi sono appunto abbattuto nella fiamma della civil discordia, od anzi della guerra civile: alla quale desiderando io di porger rimedio, e potendolo fare, come m' avviso, le passioni di certi soggetti (che dall' una parte, e l' altra v' ha persone, che desideran di combattere) mi sono state al tutto d' impedimento. L' istesso Cesare ancora nostro amico avea mandato minaccevol lettere, ed acerbe al Senato: ed era tuttavia sfacciato, mentre malgrado che n' avesse il Senato, l' esercito riteneva e 'l governo: e Curion mio l' aizzava. Il nostro Antonio poi e Cassio, non discacciati per violenza alcuna, si

era

simi a Cesare.

(6) *Minaces*. Ordinava Cesare al Senato, che esponesse l' armi: altrimenti egli colle armi difeso avrebbe la dignità e sua, e della patria.

erat (1) adhuc impudens, qui exercitum, & Provinciam invito Senatu teneret: & (2) Curio meus illum incitabat. (3) Antonius quidem noster, & (4) Cassius, (5) nulla vi expulsi, ad Cæsarem cum Curione profecti erant. Posteaquam Senatus Consulibus, prætoribus, Tribunis plebis, & nobis (qui proconsules sumus) negotium dederat, ut curaremus, (6) ne quid Respublica detrimenti caperet, nunquam maiore in periculo Civitas fuit, nunquam improbi Cives habuerunt (7) paratiorem ducem. Omnino ex hac quoque parte diligentissime (8) comparatur. Id fit auctoritate; & studio Pompeii nostri, qui Cæsarem (9) sero coepit timere. Nobis inter has turbas Senatus tamen frequens (10) flagitavit triumphum; sed Lentulus Cos. quo majus suum beneficium faceret, simul atque expedisset, quæ essent necessaria, de Repubblica dixit se relaturum. Nos agimus (11) nihil cupide, eoque est nostra pluris auctoritas. Italiæ regiones descriptæ sunt, (12) quam quisque partem tueretur. Nos Capuam sumpsimus. Hæc te scire volui. Tu etiam atque etiam cura, ut valeas, litterasque ad me mittas, quotiescumque habebis, cui des. Etiam atque etiam vale. Datum pridie id. Jan.

(1) J. F. Gron. conjic. *ad hoc*.

(2) *Curio meus*. Amato da Cic. singolarmente: stato nel precedente anno Tribuno della plebe, e mantice dell' incendio civile; per cui opera dice Vel Jo, frastornate furono le condizioni della pace, che avrebbe richiesto Cesare, ed accettato Pompeo. Ma a'di lui gravissimi debiti sarebbe mancato lo scampo, cui esso trovò nelle dissensioni civili de' suoi cittadini.

(3) *Antonius*. Marcantonio, e Quinto Cassio in quest'anno erano tribuni della plebe.

(4) *Cassius*. Questi era Quinto Cassio diverso da quello, che porse mano all' eccisione di Cesare.

(5) *Nulla vi expulsi*. Il contrario asserisce Appiano, Suetonio, e 'l medesimo Cesare; il quale interpreta per violenza-

EPISTOLA XI.

Deplorat statum Reip., & initia bellorum civilium exponit: tum suam in Tironem benevolentiam significat.

TUL.

erano a Cesare Con Curione portati. Dappoichè il Seto commissioni dette a' Consoli, a' Pretori, a' Tribuni della plebe, ed a noi (che Proconsoli siamo) di por cura, che la Repubblica non sostenesse detrimento, la Città non è giammai stata in maggior risico, i Cittadini malvagi non ebber giammai un caporione più pronto. Da questa parte ancora fassi al tutto diligentissimo apprestò di guerra. Si dà a ciò effetto per autorevol parare, ed impegno di Pompeo nostro, il quale tardi ha cominciato a temer di Cesare. Pur nondimeno tra queste turbolenze il Senato in pien numero ha fatto per noi calda istanza del trionfo: ma il nostro Lentulo, per fare il benefizio suo più rilevato, disse, come prima sped'to avesse gli affari, che di necessità era il distrigarli, che avrebbe su di Repubbblica fatto proposta. Noi niuna cosa operiam con passione: ed imperciò l' autarevole oppinion nostra è in maggior stima. Le regioni d' Italia son divisate, qual parte guardar debba ciascuno. Noi abbiam preso Capua. Ho voluto, che tu abbi queste contezze. Tu quanto sai, e puoi procura di guarire, mandaci lettere, ognivoltache avrai cui consegnarle. Stà con ogni diligenza sano. 12. Genajo.

za il Senatorio consulto, onde i Tribuni rimossi erano dalla Repubblica.

(6) *Ne quid Respublica &c.* Era il solenne decreto del Senato, che emanar solea ne' casi estremi di cond'zion disperata: onde a' consoli concedean podestà suprema sulle vite de' cittadini.

(7) *Parationem ducem*: Di quello che fosse Cesare.

(8) Al. *bellum comparatur*.

(9) *Sero coepit timere*. Ciò che Cic. spesso biasima in Pompeo.

(10) *Flagitavit*. Cioè da consoli, acciocchè ne facesser proposta in Senato

(11) *Nihil cupide*. Ha rapporto a maneggi publici, o alla richiesta del trionfo.

(12) *Quam Quisque &c.* Per riparar le regioni dalle violenze di Cesare.

EPISTOLA XI.

Espone il risico della Repubblica, ed i principj della guerra civile: esporta poi Tirone a mettersi in mare di buona salute, e dopo l' inverno.

TUL.

TULLIUS TIRONI SUO S. D:

QUO in discrimine versetur salus mea, & honorum omnium, atque universæ Reipublicæ, ex eo scire potes, quod domos nostras, & Patriam ipsam, vel diripiendam, vel inflammandam (1) reliquimus. In eum locum res deducta est, ut nisi quis Deus, vel casus aliquis subvenerit, salvi esse nequeamus. Equidem, ut veni ad Urbem, non destiti omnia, & sentire, & dicere, & facere, quæ ad concordiam pertinerent: sed mirus invaserat furor non solum (2) improbos, sed etiam eos, qui boni habentur, ut pugnare cuperent, me clamante, nihil esse bello civili miserius. Itaque quum Cæsar (3) amentia quidam raperetur; & oblitus nominis, atque (4) honorum suorum, Ariminum, Pisaurum, Anconam, Arretium occupasset, Urbem reliquimus: quam sapienter, aut quam fortiter, (4) nihil attinet disputare. Quo quidem in casu simus, vides. Feruntur omnino conditiones ab illo, ut Pompejus eat (6) in Hispaniam: delectus qui sunt habiti, & præsidia nostra dimittantur: se ulteriorem Galliam (7) Domitio, citeriorem Considio Noniano (his enim obtingerunt) traditorum: ad Consulatus petitionem se venturum: neque jam velle absentis rationem haberi sui: se presentem (8) trinundinum petiturum. (9) Accepimus conditiones, sed (10) ita, ut removeat præsidia ex iis locis, quæ occupavit: ut sine metu de his ipsis conditionibus Romæ Senatus haberi possit. Id ille si fecerit, spes est pacis, non honestæ, (le·

(1) *Reliquimus*. Cesare coll' esercito marciando alla volta di Roma mise spavento in Pompeo, ed in altri: ed esso senza indugio mosse da Roma, e, lasciata l' Italia, traghettò in Grecia.

(2) Lamb. *improbis*.

(4) *Amentia*. Mostrandola in rivolger l' armi contro la Patria.

(4) Al. *bonorum*.

Honorum. Delle dignità dalla Repubblica ottenute.

(5) *Nihil attinet disputare*. Vuol riuscire a quello: esser chiaro aver essi operato con mala condotta, regolata dall' imprudenza, e dal timore.

(6) *In Hispaniam*. La qual Provincia già Pompeo amministrava per opera de' suoi legati. Di che così Cic. nell' ep. 6. del lib. IV. *Eundem in Hispaniam censui: quod si fecisset, civile bellum nullum omnino fuisset*.

(7) *Domitio*. Questi è quel-

De,

TULLIO S. IL SUO TIRONE.

IN che cimento si trovi la mia salute, e quella di tutti i buoni, e di tutta quanta la Repubblica, quindi lo puoi sapere, che abbiam lasciato le nostre case, e la Patria stessa da esser messa a sacco, e a ruba, o alle fiamme. La cosa è a tale ridotta, che se qualche Dio od accidente non ci recherà soccorso, non possiamo esser salvi. Certamente, come fui giunto a Roma, non restai di mostrare tutti que' sentimenti, di ragionare, e d'operar tutto quello, che alla concordia conferisse: ma uno strabocchevol furore era entrato addosso non solamente a' malvagi, ma a quelli ancora, che buoni son riputati, cosicchè vogliosi erano di combattere, mentre io gridava non v' essere calamità più misera della guerra civile. Pertanto conciossiachè Cesare con una cotal mattezza trasportato fosse, e dimentico della fama, e degli onori suoi, avesse già occupato Rimini, Pesaro, Ancona ed Arezzo, abbiam lasciato Roma: quando saviamente, e con qual fortezza, non occorre discorrerla. Vedi in quale accidente mai ci troviamo. Da colui assolutamente propongonsi le condizioni, che Pompeo vada in Ispagna: che si dimettan le leve, che si sono tenute, e si licenzino i nostri presidj: che egli consegnerebbe l'ulterior Gallia a Domizio, la citeriore a Considio Noniano (che a questi tocche sono in sorte): che verrebbe al concorso del consolato: nè più lui volere, che si tenga partito di lui assente: che lo chiederebbe in persona ne' tre mercati. Abbiamo accettate le condizioni: ma di maniera, che rimuova i presidj da que' luoghi, che ha occupato: che

Domizio il più capital nemico di Cesare, da lui assediato in Corfinio, e poi lasciato libero: fu consale con Appio Claudio nell' anno 699.

(8) *Trinundinum*. Le leggi prima di proporsi ne' comizj, si proponevan a consulta del popolo in tre mercati: nel che consisteva la promulgazione. Par similmente, che nel crearsi i Magistrati, fossero i nomi loro proposti a considerazione del popolo ne' tre mercati. Cesare adunque guardar volea l' usanza tenuta nella creazione de' consoli, purchè Pompeo andasse in Ispagna. Così sente il Manuzio.

(9) Al. *accepimus*.

(1) *Ut removeat præsidia*. La qual condizione Cesare rigettolla.

(leges enim imponuntur) sed quivis est melius, quam sic, esse, ut sumus. Sin autem ille suis conditionibus (1) stare noluerit bellum paratum est; ejusmodi tamen quo ille sustinere non possit, præsertim quum a suis conditionibus ipse fugerit; tantummodo ut eum (2) intercludamus, ne ad Urbem possit accedere: quod sperabamus fieri posse. Delectus enim magnos habebamus: putabamusque, illum metuere, si ad Urbem ire coepisset, ne Gallias amitteret; quas (3) ambas habet inimicissimas (4) præter Transpadanos; ex Hispaniaque sex legiones, & magna auxilia, (5) Afranio, & Petreio ducibus, habet a tergo. Videtur, si insaniet, posse (6) opprimi, modo ut Urbe salva. Maximam autem plagam accedit, quod is, qui summam auctoritatem in illius exercitu habebat, (7) T. Labienus, socius sceleris esse noluit: reliquit illum, & nobiscum est: multique idem facturi esse dicuntur. Ego adhuc oræ maritimæ præsum a Formiis. Nullum majus negotium suscipere volui, quo plus apud illum meæ litteræ, cohortationesque ad pacem valerent. Sin autem erit bellum; (8) video, me castris, & certis legionibus præfuturum. Habeo etiam illam molestiam, quod Dolabella noster apud Cæsarem est. Hæc tibi nota esse volui, quæ, cave, te perturbent, & impediant valetudinem tuam. Ego A. Varroni quem cum amantissimum mei cognovi, tum etiam valde tui studiosum, diligentissime te commendavi; ut & valetudinis tuæ rationem haberet, & navigationis, & totum te susciperet, ac tueretur: quem omnia facturum confido; recepit enim, & mecum loquutus est suavissime. Tu quando eo tempore mecum esse non potuisti, quo ego maxime operam, & fidelitatem desideravi tuam,

(1) Al *instare*.

(2) Al. *includamus*.

(3) *Ambas*. La Transalpina, e la Cisalpina.

(4) *Præter Transpadanos*. Fuori di quelli, che nella Gallia Cisalpina erano di là dal Po: a' quali Cesare edile, e console disegnato avea di comunicare la cittadinanza Romana: come poi effettuò, essendo dittatore.

(5) *Afranio*, *& Petrejo*. Legati di Pompeo nella Spagna, cui Cesare superò; e constrinse a consegnarli i loro eserciti.

(6) Al. *obrui*.

(7) *T. Labienus*. Il cui esempio però niun altro imitò de' Cesariani.

(8) *Video me castris*. Dice Plutarco, che neppure intervenne alla battaglia Farsalica per malattia contratta.

che senza timore di queste medesime condizioni si possa in Roma tenere Senato. Se ciò colui farà, speranza v'è di pace, non onorata (imperciocchè s'impongon leggi) ma ogni stato di cose è migliore, che lo stare così, come siamo. Che se poi egli non vorrà durare costante nelle sue condizioni; la guerra è in pronto, di tal qualità però, che egli non potrà reggervi, massimamente, quando si sarà dalle condizioni sue ritratto: purchè gli mettiamo in mezzo impedimento al potersi accostare a Roma: al che speravamo si potesse dar effetto. Imperciocchè tenevamo gran leve: e credevamo, lui temere, se cominciato avesse a marciare alla volta di Roma, di non perder le Gallie: amendue le quali ha contrarissime, da' Traspadani in fuori: dalla Spagna tiene alle spalle sei legioni, e gran truppe ausiliarie, sotto la condotta d'Afranio, e di Petreio. E' pare, che se darà in follie, possa esser oppresso, purchè ciò siegua, sana e salva Roma. Ha ricevuto però una gran percossa, perchè Tito Labieno, che autorità somma nell' esercito di lui tenea, non ha voluto esser consorte della scelleratezza: hallo abbandonato, ed è nel nostro partito: e dicesi che molti saran per fare lo stesso. Io tuttavia presieda alla costa marittima, cominciando da Formia. Non ho voluto intraprendere faccenda alcuna di maggior mole, a intendimento che le lettere ed i conforti miei avesser più peso per istringer la pace, Ma se vi sarà guerra, vedo che presederò al campo, ed a determinate legioni. Ho ancor quest' impaccio che il nostro Dolabella stà appresso di Cesare. Volli che tu avessi queste contezze: le quali bada che non ti conturbino, e non diano impedimento alla tua guarigione. Io t' ho con tutt' attenzion raccomandato ad Aulo Varrone, cui siccome ho ravvisato amorevolissimo mio, così ancora molto per te impegnato: acciocchè avesse riguardo alla sanità, e navigazion tua, e prendesse cura, e guardia di tutta la tua persona: sul qual mi confido che farà ogni cosa: perchè m' ha promesso, e con tutta gentilezza meco ha parlato. Tu poichè non hai potuto travarti meco in quel tempo nel quale io più che in altra occasione mai desiderava l'opera e fedeltà tua, guarda di non darti prescia ovvero

τῆς μάχης ου μετέσχε δι' ἀρρω. battaglia per l' infermità στίν: non fu partecipe della

tuam, cave festines, aut committas, ut aut ægger, aut hyeme naviges. Nunquam ego sero te venisse putabo si salvus veneris. Adhuc neminem videram, qui te postea vidisset, quam M. Volusius, a quo tuas litteras accepi: quod non mirabar: neque enim meas puto ad te litteras tanta hyeme perferri. Sed da operam, ut valeas: &, si valebis, quum recte navigari poterit, tum naviges. Cicero meus in Formiano erat: Terentia, & Tullia Romæ. Cura, ut valeas. IV. Kal. Febr. Capua.

EPISTOLA XII.

Narrat, quam periculosum sit Tironi post morbum in viam se dare, exiguque soli um ejus operam in studiis.

CICERO TIRONI S. D.

(1) EGO vero cupio ad te me venire: sed viam timeo: gravissime ægrotasti: inedia, & purgationibus, & vi ipsius morbi consumptus es. Graves solent offensiones esse ex gravibus morbis, siqua culpa commissa est. Nam ad id biduum, quod fueris in vita, dum in Cumanum (2) venis, accedent continuo ad reditum dies quinque. Ego in Formiano ad III. Kalen. esse volo. Ibi te ut firmum offendam, mi Tiro, effice. Litterulæ meæ, (3) sive nostræ tui desiderio oblanguerunt (4) Hac tamen epistola, quam (5) Agasius attulit, oculos paulum sustulerunt. (6) Pomponius erat apud me, quum hæc scribebam: hilare, & libenter ei cupienti audire (7) nostra dixi,

(1) *Ego vero &c.* Maniera espressamente risposta ad altra lettera di Tirone, nella quale scrivea desiderar lui d' andare a vedere il suo padrone.

(2) *Al. veneris.*

(3) *Sive nostræ* Tirone era compagno, e coadjutore degli studj di Cic.

(4) *Hac tamen epistola* Nelle quale Tirone gli significava di star meglio.

(5) *Acastus* Servo di Cic.

(6) P. Manut. *Pomponius*: *Pomponius*. Così leggo con molti, più acconciamente alle circostanze di tutto il contesto.

(7) *No-*

di operare in modo, che o malato entri in mare, d' inverno. Giammai stimerò che sii venuto tardi, sei sanato verrai. Non avea io per anche veduto persona, che ti avesse veduto dopo di Marco Volusio, dal quale ricevei tue lettere: il che non mi riusciva strano: perciocchè stimo che in inverno sì crudo le mie lettere non possano a te recarsi. Ma attendi a guarire: e, se risanerai, allor monta in barca, quando il mare si potrà correre commodamente. Il mio Cic. si trovava sul Formiano: Terenzia, e Tullia in Roma. Procura di star sano. 29. Gennajo. Capua.

EPISTOLA XII.

Gli significa quanto pericoloso sia il mettersi in mare, dopo grave malattia sostenuta. Aggiunta la brama, che ha della di lui presenza pel vantaggio de' suoi studj - Scr. per avventura sotto i consoli Cajo Giulio Cesare per la seconda volta, e Servilio Isaurico nell' anno 705. dopo la morte del gran Pompeo.

TULLIO S. SUO TIRONE.

Or io desidero, che tu a me ne venghi: ma ho timor della strada: sei stato gravissimamente ammalato, rifinito sei per la dieta, e le purghe, e per forza dell' istesso male. Dopo le malattie gravi sogliono essere pur gravi i disastri, se vi commette qualche difetto. Imperciocchè a' due giorni, che metterai nel viaggio, finchè arrivi sul Cumano, si aggiugneran subito del ritorno cinque giorni. Io voglio essere sul Formiano due giorni prima delle calende. Da opera, o mio Tirone, che ivi trovi ben in forze. Le dolci mie lettere, ovver le nostre per la spiacevole assenza di tua persona si sono illanguidite. Nondimeno in questa lettera, che Acasto ha portato, hanno pur un po' respirato. Mentre che io scrivea queste cose, era da me Pomponio: desiderando esso con ilarità, e buon genio di sentire le cose nostre, gli ho detto, che senza di te ogni nostro esercizio è mutol divenuto. Tu apparecchiati a rende-

 re

(7) *Nostra*. Si può congetturare, che questa promessa fosse o di farlo franco, e di sborsa gli certo denaro per la compera d' una possessione, della quale si parla in altra lettera conseguente.

dixi, sine te omnia mea muta esse. Tu, musis nostris para, ut operas reddas: nostra ad diem dictam fient. Docui enim te, (1) fides ἔτυμον quod haberet. Fac plane ut valeas: nos (2) ad summum. Vale. XIV. Kal. Jan.

EPISTOLA XIII.

Suam de Tironis valetudine sollicitudinem significat.

TULLIUS TIRONI S. D.

(3) ÆGypta ad me venit pridie id Aprilis. Is etsi mihi nuntiavit, te plane febri carere, & belle habere: tamen, quod negavit, te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit: & eo magis, quod Hermia, quem eodem die venire oportuerat, non venerat. Incredibili sum sollicitudine de tua valetudine: qua si me liberares, ego te omni cura liberabo. Plura scriberem si jam putarem, libenter te leggere posse. Ingenium; tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi tibi-, que (4) conservandum. Cura te etiam atque etiam diligenter Vale.

Scripta jam epistola, Hermia venit. Accepi tuam epistolam vacillantibus litterulis; nec mirum, tam gravi morbo. Ego ad te Ægyptam (5) misi (quod nec inhumanus est, & te visus est mihi diligere) ut is tecum esset. & cum eo coquum, quo uterere. Iterum Vale.

(1) *Fides*: Così detta perciocchè *fit id quod promittitur.* Ed a questo allude Cic.

(4) Al. *adsumus*.

(3) *Ægypta*. *Hermia*. Nomi di servi.

(4) Al. *confirmandum*.

(5) Lamb. *remisi*.

EPISTOLA. XIV.

Tirone ægrotante, litterarum suavitate, & fructu se carere dicit: eumque rigat, ut omnem curam ad convalescendum adhibeat.

TUL-

re a' noſtri ſtudi gli uſati ſervigi: alla noſtra promeſſa ſi darà effetto nel poſto giorno. Che t' ho io inſegnato qual etimologia aveſſe la fede. Procura di guarire affatto. Noi ſtiamo perſettamente ſani. Addio, 13 giorni prima delle calende di Gennajo.

EPISTOLA XIII.

Significa la ſua ſollecitudine ſulla ſanità di Tirone. Scr. nell' iſteſſo anno, quando la decima lettera.

TULLIO S. TIRONE.

EGitta a me ne venne a' 12 d' Aprile. Sebbene egli mi avviſaſſe, che eri fatto ſenza febbre, e che ſtavi bene: contuttociò, perchè mi diſſe che: non avevi potuto ſcrivermi, mi recò dell' inquietudine e ciò tanto più, perchè Ermia, il quale dovea venire nel medeſimo giorno, non venuto. Porto un incredibile ſollecitudine ſulla tua ſanità: dalla quale ſe mi metterai fuori ti leverò d' ogni impaccio. Scriverei più avanti, ſe pur mi credeſſi, che puoi leggere di buon grado. L' ingegno tuo, del quale io faccio grandiſſima ſtima, impiegalo a conſervarti, in vantaggio tuo, ed in mio. Abbiti cura, quanto ſai e puoi, con diligenza. Addio.

Dopo già ſcritta la lettera, è giunto Ermia. Ho ricevuto la tua lettera d' inegual carattere: nè ciò è maraviglia dopo malattia sì grave. Io t' ho mandato Egitta (che non è diſcorteſe, e m' è paruto, che ti voglia bene) acciocchè coſtui ſi tratteneſſe con teco: e 'l cuoco inſiem con eſſo, onde poteſſi ſervire. E di nuovo Addio.

EPISTOLA XIV

Scrive, che per l' aſſenza: e malattia di Tirone privo è d' ogni piacere: e lo conſorta ad aver cura di riſanare. Scr. nell' anno 705.

TULLIUS TIRONI S. D.

(1) MEnandrus postridie ad me venit, quam exspectaram. Itaque habui noctem plenam (2) timoribus ac miseriis. Tuis litteris nihilo sum factus certior, quomodo te haberes: sed tamen sum (3) recreatus. Ego omni delectatione, litterisque omnibus careo. quas ante; quam te videro, attingere non possum. Medico mercedis quantum poscet, promitti jubeto: id scripsi ad (4) Ummium. Audio, te animo angi; & medicum dicere, ex eo te laborare. Si me diligis, excita ex somno tuas litteras, (5) humanitatemque, propter quam mihi es carissimus: nunc opus est, te animo valere, ut corpore possis. Id cum tua, tum mea caussa facias, a te peto. Acastum retine, quo commodius tibi ministretur. Conserva te mihi: (6) dies promissorum adest: (7) quem etiam repræsentabo, si adveneris. Etiam atque etiam vale. 14. id. hora [illegible].

EPISTOLA XV.

Hortatio ad morbum depellendum.

TULLIUS TIRONI SUO S. D.

OMnia a te data mihi potabo, si te valentem videro: summa cura expectabam adventum Menandri, quem ad te miseram. Cura, si me diligis, ut valeas: &, quum te bene confirmaris, ad nos venias. Vale. 21. id. Aprilis.

EPI

(1) Al. *Andricus Menandrus*. Nome di servo.

(2) Al. *timoris, ac miseriæ*.

(3) *Recreatus*. Perciocchè dalla tua lettere ha saputo, che vivi: e perciò ho discacciato que' gran timori conceputi dal dubbio, che fossi morto.

(4) Victor Ummium.

(5) *Humanitatem tuam* Qui prendesi per l' erudizione, e per quegli studj, che sommi-ni-

TULLIO S. TIRONE.

MEnandro da me giunse nel giorno appresso a quello, nel qual l' avevo aspettato. Ebbi pertanto una notte piena di timore, e d' infelicità. Dalle tue lettere non sono stato fatto punto più certo, come tu stessi: ma pure sono rimaso un' po' consolato. Io privo sono d' ogni piacere, e di tutti gli studj a' quali prima di vederti non dessi por mano. Da ordine, che si prometta al Medico quanto pretenderà di mercede: ho scritto ciò a Muminio. Sento, che tu sostenghi affizoni d' animo, e che 'l Medico afferma, che tu quindi ne stai male. Se mi vuoi bene, riscuoti i tuoi addormentati studj, e la erudizione, per la quale mi sei carissimo, al presente bisogna, che sii sano d' animo, acciocchè possi esserlo della persona. Ti prego a farlo sì per tuo riguardo, come per mio. Ritieni Acasto, acciocchè possi essere più commodamente servito. Conservamiti: il tempo delle promesse egli è venuto: cui anticiperò ancora, se vorrai. Quanto sai, e puoi stà sano. Due giorni prima degl' idi a tre ore.

EPISTOLA XV.

L' esorta ad aver cura della sanità. Scr. nell' istesso anno.

TULLIO S. TIRONE.

